



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXII. Notitia de iactiuis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

co qui dicitur ille , vel in quocumque loco ante bonos homines , qui subterfirmauerunt , dato suo pretio ad hominem negotiantem , solidos tantos , seruum suum nomine illum visus est comparasse . Et ipse negotians ipsum seruum superius nominatum , per manus partibus ipsius lui visus est tradidisse , nec fraude , sed in publico : Ut quicquid exinde à die præsente facere voluerit , liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi .

X X I I . *NOTITIA DE
iactiis.*

NOtitia qualiter & quib. præsentibus , veniens homo aliquis , nomine ille , in pago illo , in loco qui dicitur ille , in mallo publico , ante virum illum Comitem , vel reliquos quamplures bonos homines qui subterfirmauerunt , repe-

bat ei, dum diceret, eò quod hominem aliquem nomine illum, ante ipsum Comitem adrhamitum habuisset: ad placitum venit, ipse ille placitum suum custodiebat, & nec ipse ille ad id placitum venit, nec missum in vicem suam direxit, qui ullam soniam nuntiaret: & placitum suum neglexit, & jactiuus exinde remansit. His præsentibus.

XXIII. SECVRITAS.

Non minima, sed maxima vertitur discordia inter illos & illos. Venientes ante illum & illum, repetiuit ipse ille aduersus ipsum lui, eò quod genitorem suum, aut germanum suum illum malo ordine interfecisset. Interrogatum fuit ab ipsis viris ipsi lui, si hęc causa acta vel perpetrata fuisset aut non, sed ipse in præsenti dicere deberet. Sed ipse ille minimē hęc causam potuit